21. MARTII. — S. BENEDICTI ABBATIS.

Missa. Os justi, *de Communi Abbatum.* Pars IV, p. 86.

De Festis duplicibus quæ transferri possunt, et veniunt a Dominica Palmarum usque ad Octavam Paschæ, nihil fit ; sed post Octavam celebrantur : et tunc in fine Introitus ante Psalmum dicuntur duo Allelúia, *et in fine Offertorii et Communionis, unum* Allelúia. *Post Epistolam non dicitur Graduale, sed dicuntur duo Versus cum quatuor* Allelúia, *ut notatum est in Sabbato in Albis. Et hoc idem observatur in omnibus Festis quæ celebrantur inter Pascha et Pentecosten. De Duplicibus vero quæ transferri nequeunt, et de Semiduplicibus occurrentibus in Dominica Palmarum, ultimo triduo Hebdomadæ majoris et triduo Paschæ nihil fit : reliquis diebus a Dominica Palmarum usque ad Octavam Paschæ inclusive, fit de eis tantum commemoratio.*

24. MARTII. — S. GABRIELIS ARCHANGELI

Introitus. Benedícite, *ut infra,* p. 354.

Graduale. Benedícite, *ut infra,* p. 356

Deinde Allelúia, allelúia. ℣. Benedícite Dómino, *ut infra,* p. 362.

In Missis votivis post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti, dicitur :*